



**Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Vtrum sit separata secundum esse a corpore.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

## ARTICVLVS II.

*Vtrum anima humana sit separata secundum esse.*

**A** vero per intellectuum. Non igitur sensituum, & in intellectuum vniuntur in una substantia animæ, & sic idem quod prius.

**¶ 10.** Præt. Forma est in eodem genere cum materia cui vnit. Sed intellectus non est in genere corporalium. Intellectus igitur non est forma unita corpori sicut materia. **¶ 11.** Præterea. Ex duabus substantiis existentibus actu non fit aliquid unum. Sed tam corpus quam intellectus est substantia existens actu. Non igitur intellectus potest vniuersi corpori, ut ex eis fiat aliquid unum.

**¶ 12.** Præt. Omnis forma unita materia reducitur in actum per motum, & mutationem materiarum. Sed anima intellectiva non reducitur in actum de potentia materiae, sed est ab extrinseco, ut Philosophus dicit in Lib. 2. ad gen. 16. de Animalibus. ergo non est forma unita materia.

**¶ 13.** Præt. Vnumquidque secundum quod est, sic operatur. Sed anima intellectiva habet operationem per se sine corpore, scilicet intelligere. ergo non est unita corpori secundum esse.

**¶ 14.** Præt. Minimū inconveniens est Deo impossibile. Sed inconveniens est quod anima innocens corpori in claudatur, quod est quasi carcer. Impossibile est igitur Deo quod animam intellectuam unitam corpori. **¶ 15.** Præt. Nullus artifex sapientia præstans impedimentum suo operato. Sed anima intellectiva est maximū impedimentum corporis ad veritatis cognitionem percipiendam in qua perfectio eius consistit, secundum illud Sapientiam. Corpus quod corruptitur agrauat animam. Non igitur Deus animam intellectuam corpori unitam.

**¶ 16.** Præt. Ea quae sunt unita adiunctorum, habent mutuam affinitatem adiuncionem. Sed anima intellectiva & corpus habent contrarietatem, quia Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Gal. 5. Non igitur anima intellectiva unita est corpori. **¶ 17.** Præt. Intellectus est in potentia ad omnes formas intelligibiles, nullum earum habens in actu, sicut materia prima est in potentia ad omnes formas sensibilis & nullum earum habet in actu. Sed hac ratione est prima materia una omnium. ergo & intellectus est unus omnium, & sic non est unitus corpori, quod ipsum induxit.

**¶ 18.** Præt. Philosophus probat in 3. de Anima, quod si intellectus possibilis haberet organum corporale, habet aliquam naturam determinatam de naturis sensibilibus, & sic non esset receptivus, & cognoscitus omnium formarum sensibilium. Sed magis forma unita materie quam virtus organo. ergo si intellectus vniuersitati corpori ut forma, habebit aliam naturam sensibilem determinatam, & sic non erit perceptivus, & cognoscitus omnium formarum sensibilium, quod est impossum.

**¶ 19.** Præt. Ois forma unita materia, est in materia recepta. Oe autem quod recipit ab aliquo est in eo per modum recipientis. ergo ois forma unita materia est in ea per modum materiae. Sed modus materiae sensibilis & corporalis non est quod recipiat aliqd per modum intelligibilem. Cum igitur intellectus habeat esse in intelligibile, non est forma materia corporali unita.

**¶ 20.** Præt. Si anima vniuersitati corporali, operatur quod recipiat in ea: sed quicquid recipitur ab eo quod est esse a materia receptum, est in materia receptum. ergo si anima est unita materia, quicquid recipit in anima recipit in materia: sed formas intellectus non possunt recipi a materia prima, quoniam per abstractionem a materia intelligibiles sunt. ergo anima est unita materia corporali, non est receptiva formarum.

Quæst. dis. S. Tho. DD 2 intel.

QVÆS. VNICA, DE ANIMA. ART. II.

intelligibilium, & ita intellectus qui est receptivus formarum intelligibilium, non erit unitus materiæ corporali.

L. 2. com. 7.  
tom. 2. SED CONTRA est, q̄ Philosophus dicit in 2. de

Anima, q̄ nō oportet querere, si anima & corpus sint vñ, sicut neque de cera & figura: sed figura nullo modo pōt est separata a cera fīm esse, ergo nec anima est separata a corpore: sed intellectus est pars animæ: ut Philosophus dicit in 3. de Anima, ergo intellectus non est separatus a corpore secundum esse.

L. 3. in prin.  
cip. & com.  
27. & 18. tom. 2. ¶ Pr̄t. Nulla forma est separata a materia fīm esse: sed anima intellectiva est forma corporis. ergo non est forma separata a materia secundum esse.

L. 3. com. 5.  
& 14. tom. 2. RESPON. Ad euidentiam huius quæstionis considerandum est, q̄ vbiq; inuenitur aliquid quādoque in potentia, quandoque in actu, oportet esse aliquid principium: per quod res illa sit in potētia. Sicut homo quandoque est sentiens actu, & qñque in potentia: & propter hoc in homine oportet ponere principium sensituum, quod sit in potentia ad sensibilia. si enim eset semper sentiens actu formæ sensituum incessanter semper actu principio sentiendi. Similiter cum homo inueniatur, quandoque intelligens actu, quandoque intelligens in potentia tantum, oportet in homine considerare aliquid intellectuum principium, quod insit potentia ad intelligibilium. Et hoc principium nominat Philosophus in 3. de Anima, intellectum possibile: hunc igitur intellectum possibilem necesse est esse in potentia ad omnia, qua sunt intelligibilia per hominem, & receptivum corū, & per consequens denudatum ab his. Quia omne quod est receptivū aliquorum & in potentia ad ea, quantum de se est, est denudatum ab eis, sicut pupilla, qua est receptiva omnī colorum, caret omni colore: homo autem natus est intelligere formas omnī sensibilium rerū. oportet igitur intellectum possibilem esse denudatum, quātum in se est ab omnibus sensibilibus formis, & naturis, & ita oportet q̄ non habeat aliqd organū corporeū. Si igitur haberet aliquid organū corporeū determinaretur ad aliquam natūram sensibilem, sicut potentia usiua determinatur ad natūrā oculi. Per hanc Philosophi demonstratio nē excludit positio Philosophorum antiquorū, qui ponebant intellectū nō differre a potentis sen litius: uel quicunq; alij posuerūt principium quo

L. 3. De anima  
com. 150. &  
sequent. id  
referuntur t. 2. intelligit homo esse aliquā formā uel virtutē per seū corpori, sicut aliæ formæ, aut uirtutes materiæ. Sed hoc quidā fugientes in contrariū dilabūtur errore. Exigitur enim sic iulectū possibile esse denudatum ab omni natura sensibili, & imperficiū corpori, q̄ sit quādā substantia secundum esse a corpore separata qua sit in potentia ad oēs formas intelligibiles: sed hæc positio stare nō potest. Nō n. inquirimus de intellectu possibili, nisi secundum q̄ p̄ eum intelligit homo: sic enim Arist. in eius notitia deuenit. q̄d patet ex hoc q̄ dicit in 3. de Anima, in cipie tractare de intellectu possibili. De parte autem animæ, qua cognoscit anima, & sapit, considerandum est &c. Et iterū. Dico autem intellectū possibile, quo intelligit anima. Si autem intellectus possibilis esset substantia separata: impossibile esset q̄ eo, intelligeret homo. Non enim est possibile q̄ si aliqua substantia operatur aliquam operationem, q̄ illa operatio sit alterius substantiæ ab ea diuersa: licet eā diuarum substantiarum diuersarum una possit alteri esse causa operandi ut principale agēs instrumento,

L. 3. in prin.  
illius tom. 2. F tamen actio principalis agentis non est actio instrumenti eadem secundum numerum, cum actio principalis agentis sit in mouendo instrumentum, & vero instrumenti in moueri a principio agentis. Sic igitur, si intellectus substantia sit substantia separata secundum esse ab animo sue ab illo homine, impossibile est quod intelligere intellectus possibilis sit huius homini illius. vnde cum ista operatio, que est intelligere, attribuatur alijs principio in homine, uel intellectus possibili, sequitur quod nullus homo aliquatenus ligatur. vnde idem modus disputandi est compositionem, & contra negantes principia, per disputationem Arist. contra eos in Metaphysica. hoc autem inconveniens evitare intenditur. trius huius positionis sectator, poluit intellectus sibilem, licet secundum esse a corpore separatum continuari cum homine intermixtis phantasmatibus. Phantasmatum enim ut dicit Philosophus in tertio de Anima, se habent ad intellectus sibilem sicut sensibilia ad sensum, & coherentes. Sic igitur species intelligibilis habet dupl. textum. vnum in quo est secundum elementum, & hoc est intellectus possibilis. Aliud in quo est secundum esse reale, & hoc subiectum huius fantasmatum. Est igitur quadam continuatio possibilis cum phantasmatibus, in quantum intelligibilis est quodammodo utroque, hanc continuationem homo intelligens. Etum possibile, sed ista continuatio absurda facit. Non enim aliquid est cognoscitur q̄ ei adest spec. cognoscibilis, sed etiam adest potentia cognoscitiva. Patet autem prædicta, q̄ homini nō aderit nisi intellectus possibilis, potentia autem intelligendi. Etus possibilis, est omnino separata. Atque ex continuatione prædicta non habetur intelligens, sed solum quod intelligatur, immo species uel aliquid eius quod simile est, atque manifeste appetit. Si enim sic habetur fantasmatum ad intellectum, sicut colores ad intellectum, secundum prædicta alia continuatione possibilis ad nos per phantasmatum, quām quos sūt ad parietem per colores: partes autem per hoc q̄ colores sunt in eo q̄ uideat, sicut fantasmatum. vnde & homo non habet per phantasmatum sūt in eo, q̄ intelligat, sed solum intelligatur. Et præterea phantasmatum non est species intelligibilis secundum q̄ est intellectus actu, sed magis per abstractionem a phantasmatum in actu, & abstractum. Intellectus possibilis non est subiectum speciei, nisi secundum q̄ est a phantasmatibus, iam in actu, & abstracta a phantasmatibus, sicut aliud unum est, quod sit in intellectu, & phantasmatibus, per quod intellectus possibilis continuetur nobiscum. Et pterea si per intellectus non est aliquis intelligens, sed sicut intellectus in actu, se quitor q̄ nos multissimis intelligentes fīm prædictam positionem, enim aderunt nobis species intelligibilis secundum q̄ sunt in phantasmatibus, prout fantasmatum est in potentia tantum. Sic ergo apparet ex nostra prædictam positionem esse impossibile. Quod etiam apparet ex natura substantiarum, quæ cum sint perfectissime preparatarum, quæ cum sint proprijs operationibus integræ est quod in proprijs operationibus integræ

quibus rebus materialibus, aut operationibus eis, aut quod sint in potentia ad alia, quae sunt huiusmodi. Quia hoc etiam manifestum est de corporibus caelestibus, quae sunt infra substantias praedicas. Vnde cum intellectus possibilis sit in potentia ad species rerum sensibilium: & non compleatur operatio sinephantasmatis, quae ex nostra operatione dependent, impossibile, & inopinabile est & intellectus possibilis fit vna de substantijs separatis. Vnde dicendum est quod est quedam vis seu potentia anima humana. Cum igitur anima humana sit quedam forma unita corpori, ita tamen quod non sit a corpore totaliter comprehensa quasi ei immersa, sicut aliae formae materiales, sed excedat capacitem totius materiae corporalis. Quantum ad hoc in quo excedit materiam corporalem inest ei potentia ad intelligibilium, quod pertinet ad intellectum possibilium, secundum uero quod unitur corpori habet operations, & vires, in quibus communicat ei corpus: sicut sunt vires partis nutritiæ & sensitivæ. Et sic saluator natura intellectus possibilis, quæ Aristotel. demonstrat, dum intellectus possibilis non est potentia fundata in aliquo organo corporali, & in eo intelligit homo formaliter in quantum fundatur in essentia animæ humana, quæ est hōis forma.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod intellectus dicitur separatus non sensus, quia intellectus remanet corrupto corpore in anima separata, non autem potentia sensitivæ. Vel melius dicendum quod intellectus pro rato dicitur separatus, quia non vitetur organo corporali in operatione sua sicut sensus.

AD SECUNDUM dicendum, quod anima humana est actus corporis organici, eo quod corpus est organum eius. Non tamē oportet quod sit organum eius quantum ad quamlibet eius potentiam, & uitatem, cū anima humana excedat proportionem corporis, ut dictum est.

AD TERTIUM dicendum, quod organum alicuius potest est principium operationis illius potest, vnde si intellectus possibilis unitus alicui organo: operatio eius est est operatio illius organi. Et sic non est possibile, quod principium quo intelligimus est denudatum ab omni natura sensibili. principium. n. quo intelligimus est intellectus possibilis simul cum suo organo: sicut principium quo videmus, si visus simul est, cum pupilla. Sed si anima humana est forma corporis, & intellectus possibilis est quedam uirtus eius, nō sequitur quod intellectus possibilis determinetur ad aliquā naturam sensibili, quia aīa humana excedit corporis proportionem, ut dictum est.

AD QUARTVM dicendum, quod intellectus possibilis consequitur animam humanam, in quantum supra materiam corporalem elevarunt. vnde per hoc quod non est actus alicuius organi non excedit totaliter essentiam animæ, sed est supremum in ipsa.

AD QUINTVM dicendum, quod anima humana est quedam forma individuata, & similiiter potest eius quod intellectus possibilis, & forma intelligibiles in recepta. Sed hoc non prohibet eas esse intellectas in actu. Ex hoc. n. aliquid est intellectum in actu quod est immateriale: non autē ex hoc quod est uniuersale, sed magis uniuersale habet quod sit intelligibile per hoc quod est abstractum a principiis materialibus individuantibus. Manifestum est autem substantias separatas esse intelligibiles actu, & tamen individua quedam sunt, sicut Arist. dicit in 7. Metaphys. quod forma separata, quia Plato ponebat, individua que-

A cam erant. vnde manifestum est quod si individuatio repugnaret intelligibilitati, & eadē difficultas remuneret ponentibus intellectum possibilem substantiam separatam. Sic. n. & intellectus possibilis individuus, est individuans species in se receptas. Scilicet igitur quād sp̄s recepta in intellectu possibili sunt individuatae ex illa parte qua inherent intellectui possibili, tamen in eis in quantum sunt immateriales cognoscitur uniuersale quod concipit per abstractionem a principiis individuantibus. uniuersalia enim de quib. sunt scientie sunt quae cognoscuntur per species intelligibiles, non ipsæ species intelligibiles, de quibus planum est quod non sunt scientie omnes, sed sola physica, & Metaphysica. Species enim intelligibilis est, quo intellectus intellegit non id quod intelligit, nisi per reflexionem: in quantum intelligit se intelligere id, quo intelligit.

AD SEXTVM dicendum, quod intellectus dat formam intellectus uniuersitatem in quantum abstrahit eas a principiis materialibus individuantibus, unde non oportet quod intellectus sit uniuersalis, sed quod sit immaterialis.

AD SEPTIMVM dicendum, quod species operationis consequitur sp̄m formæ, quæ est operationis principiū. licet inefficacia operationis sequatur formam secundum quod inheret subiecto. Ex eo enim quod calor est, calefacit: sed secundum modum quo perficit subiectū magis vel minus, efficacius, vel minus efficiaciter calefacit. Intelligere autē uniuersalia pertinet ad speciem intellectualis operationis. vnde hoc sequitur speciem intellectualem secundum propriam operationem. sed ex eo, quod inheret intelligenti perfectius vel minus perfecte, sequitur quod aliquis perfectius vel minus perfecte intelligat.

AD OCTAVVM dicendum, quod similitudo Philosophi de figuris ad partes animæ attenditur, quantum ad hoc quod sicut terragonum habet quicquid habet trigonum, & adhuc amplius, & pentagonum quicquid habet terragonum, ita sensitiva anima habet quicquid habet nutritiua, & intellectuua quicquid habet sensitivua, & adhuc amplius. Non ergo per hoc ostenditur quod nutritiuum, & sensituum essentialiter differant ab intellectivo, sed magis quod

vnum illorum includat alterum.

AD NONUM dicendum, quod sicut non simul est quod concepit animal, & homo, ita non simul est animal, & equus ut Philosophus ibidem dicit. Non igitur haec est ratio dicti, quod aliud principium sit in homine substantialiter anima sensitiva qua est animal, & aliud anima intellectiva qua est animal, & aliud anima intellectiva qua est homo: cum non possit dici quod in equo sint plura principia diuersa, quorū uno sit animal, & aliis sit equus. Sed hoc ex ratione dicitur, quia in animali concepero prius apparent operations imperfectæ, & postea apparit magis perfectæ: sicut omnis generatio est transmutatio de imperfecto ad perfectum.

AD XI. dicendum, quod forma non est in aliquo genere ut dictum est. vnde cum anima intellectiva sit forma hominis, non est in alio genere quam corpus, sed utrumque est in genere animalis & in specie hominis per reductionem.

AD XII. dicendum, quod ex duabus substantijs actu existentibus & perfectis in sua specie & natura non fit aliquid unum. Anima autem & corpus non sunt huiusmodi, cum sint partes humanæ naturæ. unde ex eis nihil fieri unum.

Quæst. dis. S. Tho. DD 3 Ad

QVÆS. VNICA, DE ANIMA. ART. III.

AD XII. dicendum, quod anima humana licet sit forma unita corpori, tamen excedit proportionem totius materiae corporalis, & ideo non potest educi in actu de potentia materiae pro aliquo motum vel mutationem; sicut alia forma quae sunt immersa materia.

AD XII. dicendum, quod anima habet operationem in qua non communicat corpus ex ea parte, qua superat omnem corporis proportionem; ex hoc tamen non remouetur, quin sit aliquo modo corpori unita.

AD XIII. dicendum, quod obiectio illa procedit secundum positionem Origenis, qui posuit animas creatas a principio absque corporibus inter substantias spirituales, & postea eas unitas esse corporibus, quasi carceribus inclusis; sed & hoc non dicebat animas pacatas innocentes, sed merito praecedentis peccati. Existimabat igitur Origenes, quod anima humana habetur in se speciem completam secundum opinionem Platonis, & quod corpus adunxit ei per accidentem, sed cum hoc sit falsum, ut supra ostensum est, non est in detrimentum animæ quod corpori unitatur: sed hoc est ad perfectionem sui naturæ: sed quod corpus sit ei carcer & eam inficiat, hoc est ex merito prævaricationis primæ.

AD XIV. dicendum, quod iste modus cognoscendi est naturalis animæ, ut percipiatur intelligibile veritate infra modum, quo percipiunt spirituales substantiae superiores, accipiendo, scilicet ex sensibilibus: sed in hoc est patitur impedimentum ex corruptione corporis, quia provenit ex peccato primi parentum.

AD XVI. dicendum, quod hoc ipsum quod caro concupiscit aduersus spiritum ostendit affinitatem animæ ad corpus. Spiritus enim dicitur pars animæ superior, quia homo excedit alia animalia, ut Augu. dicit super Genesim contra Manichæum. Caro autem concupiscere dicitur, quia partes animæ carnis affixa ea, quæ sunt delectabilia carnis concupiscunt, quæ concupiscentia spiritui interdum repugnant.

AD XVI. dicendum, quod intellectus possibilis non habet aliquam formam intelligibilem in actu, sed in potentia tantum, sicut materia prima non habet aliquam formam sensibilem actu, unde non poterit, nec ita rō ostendit, quod intellectus possibilis sit unus in oibus hominibus, sed quod sit unus respectu omnium formarum intelligibilium: sicut materia prima est una respectu omnium formarum sensibilium.

AD XVI. dicendum, quod si intellectus possibilis haberet aliqd organum corporale, oportaret quod illud organum esset principium simul cum intellectu possibili quo intelligimus: sicut pupilla cum potentia visiva est principium quo videmus: & ita principium quo intelligimus haberet aliquam naturam determinatam sensibilem, quod patet esse falsum ex demonstratione Arist. supra inducta. hoc autem non sequitur ex hoc quod anima est forma humani corporis: quia intellectus possibilis est quædam potentia eius in quantum excedit corporis proportionem.

AD XIX. dicendum, quod anima licet unitatur corpori secundum modum corporis: tamen ex ea parte qua excedit corporis capacitatem, naturam intellectuale habet, & sic formæ receptæ in ea sunt intelligibles, & non materiales, unde patet solutio ad uigilium.

ARTICVLVS III.

Vtrum intellectus possibilis sine anima intellectua sit una in omnibus.

TERTIO Quæritur, Vtrum intellectus possibilis sine anima intellectua sit una in oibus. Et ui-

F detur quod sic perfectio non est proportionem possibilium sed veritas est preceps intellectus, nam veritas est numerum intellectus, sicut Philo sophus dicit. Et igitur veritas sit una, quia omnes intelligunt, ut sit in omnibus. ¶ 2 Præt. Augu. dicit in lib. de quantitate animarum numero animarum ne ficio quid respondeam, enim dixerim unam esse animam, contribuens in altero beatam est, & in altero misera: hec una simul beata, & misera esse potest: si unam similem esse dicam, ridebis, nec facile multi videantur sum comprimam suppetit: sin multas tandem dixeris esse, ipse me ridebo, minufoque me multo splicenter quam tibi perferam. vi ergo dicitur in pluribus hominibus esse plures animas.

¶ 3 Præt. O quod distinguitur ab aliis distinguimus per aliquam naturam determinatam quia habet intellectus possibilis est in potentia ad omnem formam hanc actu, ergo intellectus possibilis non videtur, ergo nec multiplicari, ut sint multa in uno.

¶ 4 Præt. Intellectus possibilis denudatus est quod intelligitur, quia nihil est eorum quod non intelligere, ut dicitur in 3. de Anima, sed dicitur ipse est denudatus a seipso, & ita non habet possit multiplicari in diuersis.

¶ 5 Præt. In oibus distinctis, & multiplicatur aliquid esse eorum pluribus n. hominibus homo, & pluribus animalibus animal. intellectus possibilis nulli aliquid habet communem in 3. de Anima, ergo intellectus possibilis potest distinguiri, & multiplicari in diversis.

¶ 6 Præt. In his que sunt separata a mensa Rabbi Moyse, non multiplicantur causa & causatum: sed intellectus anima, non est causa intellectus, animus aut anima, non est causa intellectus, animus.

Cum ergo intellectus possibilis non videtur, ut dicitur 3. de Anima, non erit intellectus possibilis multiplex in diuersis.

¶ 7 Præt. Philo sophus dicit in 3. de Anima, intellectus, & quod intelligitur: sed id quod intelligitur est idem apud omnes, ergo intellectus est unus in omnibus hominibus.

¶ 8 Præt. Id quod intelligitur, est universitas, est unum in multis: sed forma intellectus non habet unitatem ex parte rei, non enim est in omnibus in rebus nisi individuaria, & multiplicari diuersis. ergo hoc habet ex parte intellectus.

¶ 9 Præt. Philo sophus in 3. de Anima dicit, quod est locus specierum: sed locus est communis quæ in loco sunt, non ergo Anima mutatur secundum diuersos homines. Sed diversa anima dicitur locus specierum: quia est forma contentiva.

¶ 10 Sed contra, sicut intellectus est essentia ceterū intelligibilium, ita sensus est essentia ceterū sensibilium, si igitur intellectus est loci ceterū, quia est contentia carum, postea & sensus erit locus specierum, quod est loci philosophus dicentem in tertio de Anima, quod est loco specierum præter quod non videtur intellectua tantum.

¶ 11 Præt. Nihil operatur nisi ubi est, sed est possibilis opera ubique: Intellegit, quod est in terra & quæ sunt in terra, & quæ sunt ubique, ergo intellectus possibilis est ubique: & ita est in omnibus.